

Tentamen physicum inaugurale, quaedam de lucis atque caloris, per combustionem vigentium, origine, complectens ... / Eruditorum examini subjicit Joannes T. Baumgartner.

Contributors

Baumgartner, John Thomas, 1778-1874.
University of Edinburgh.

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebant Adamus Neill et socii, 1799.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/atgtefz7>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

TENTAMEN PHYSICUM

INAUGURALE,

QUÆDAM

DE

LUCIS ATQUE CALORIS,

PER COMBUSTIONEM VIGENTIUM, ORIGINE,

COMPLECTENS.

FRONTIER HISTORY

THE

QUARTERLY

BY

LUIS ATON CALOIS

PER COMMISSIONER AGRICULTURE, CALIFORNIA

COMPLETE

5

TENTAMEN PHYSICUM
INAUGURALE,
QUÆDAM
DE
LUCIS ATQUE CALORIS,
PER COMBUSTIONEM VIGENTIUM, ORIGINE,
COMPLECTENS;
QUOD,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,
D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;
NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu; et
Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;
PRO
GRADU DOCTORIS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT
JOANNES T. BAUMGARTNER,
ANGLUS,
SOCIET. REG. EDIN. SOC. EXTR.
NEC NON
SOCIET. NAT. STUDIOS. EDIN. SOC.
Ad diem 24. Junii, horâ locoque solitis.

*Solet esse gravis cantantibus umbra :
Juniperi gravis umbra : nocent et frugibus umbra.*

VIRG.

EDINBURGI:
EXCUDEBANT ADAMUS NEILL ET SOCII.

M DCC XCIX.

TENTAMEN PHYSICUM
IN AURALE

QUAEDAM
DE

LUCIS ATQUE CALORIS

PER COMBUSTIONEM VIOLENTAM, ORIGINEM
COMPLECTENS

U. S. M.

MONACHII PUBLIS MDCCLXXII

SEU ANTIQVITATE REPERTORI ANNO DOMINI MDCCCLXXII

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

PHYSICUS & ANATOMIAE PRAECEPTOR

PHYSICVS

ACADEMIAE SCIENTIARVM PHOENICIAE

MEMBRVS

GENAEV DODDORIS

CONDITVS IN VESTIBULO PHOENICIAE

AD REPERTORIUM COMPLECTENS

REPERTORIUM REPERTORIUM

JOHANNES T. BAUMGARTNER

M. D. C. C. L. X. X. I. I.

PHYSICVS & ANATOMIAE PRAECEPTOR

PHYSICVS

PHOENICIAE

ALBANI JOHANNES T. BAUMGARTNER

CONDITVS IN VESTIBULO PHOENICIAE

AD REPERTORIUM COMPLECTENS

1772

REPERTORIUM

REPERTORIUM REPERTORIUM

PHYSICVS

ORNATISSIMO VIRO,

WILHELMO WITHERING, M. D. S. R. S.

SOCIET. REG. LISBON. SOC.

LINNÆ. SOCIET. SOC.


REG. SOCIET. MED. EDIN. SOC. HONOR.,

GRATISSIMO ANIMO,

HOC TENTAMEN

SACRUM VULT

AUCTOR.



Digitized by the Internet Archive
in 2020 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b31966755>

——— *Semblable au feu dont la douce chaleur,*
Dans chaque autre élément en secret s'infinue,
Descend dans les rochers, s'élève dans la nue,
Va rougir le corail dans le sable des Mers,
Et vit dans les glaçons qu'ont durci les Hyvers.

VOLTAIRE.

STAVEN THIRTY

1844

TABLE OF CONTENTS

Preface
 Chapter I. On the Nature of the Human Mind
 Chapter II. On the Principles of Education
 Chapter III. On the Theory of Language
 Chapter IV. On the History of the Human Race
 Chapter V. On the Philosophy of the Human Mind
 Chapter VI. On the Science of the Human Mind
 Chapter VII. On the Art of the Human Mind
 Chapter VIII. On the Practice of the Human Mind
 Chapter IX. On the Improvement of the Human Mind
 Chapter X. On the Perfection of the Human Mind
 Chapter XI. On the Sublimation of the Human Mind
 Chapter XII. On the Transfiguration of the Human Mind
 Chapter XIII. On the Illumination of the Human Mind
 Chapter XIV. On the Enlightenment of the Human Mind
 Chapter XV. On the Emancipation of the Human Mind
 Chapter XVI. On the Liberation of the Human Mind
 Chapter XVII. On the Freedom of the Human Mind
 Chapter XVIII. On the Independence of the Human Mind
 Chapter XIX. On the Sovereignty of the Human Mind
 Chapter XX. On the Supremacy of the Human Mind
 Chapter XXI. On the Dominance of the Human Mind
 Chapter XXII. On the Mastery of the Human Mind
 Chapter XXIII. On the Control of the Human Mind
 Chapter XXIV. On the Direction of the Human Mind
 Chapter XXV. On the Guidance of the Human Mind
 Chapter XXVI. On the Regulation of the Human Mind
 Chapter XXVII. On the Management of the Human Mind
 Chapter XXVIII. On the Administration of the Human Mind
 Chapter XXIX. On the Governance of the Human Mind
 Chapter XXX. On the Stewardship of the Human Mind
 Chapter XXXI. On the Trusteeship of the Human Mind
 Chapter XXXII. On the Custody of the Human Mind
 Chapter XXXIII. On the Protection of the Human Mind
 Chapter XXXIV. On the Preservation of the Human Mind
 Chapter XXXV. On the Maintenance of the Human Mind
 Chapter XXXVI. On the Support of the Human Mind
 Chapter XXXVII. On the Uplift of the Human Mind
 Chapter XXXVIII. On the Elevation of the Human Mind
 Chapter XXXIX. On the Exaltation of the Human Mind
 Chapter XL. On the Ennoblement of the Human Mind
 Chapter XLI. On the Glorification of the Human Mind
 Chapter XLII. On the Honor of the Human Mind
 Chapter XLIII. On the Dignity of the Human Mind
 Chapter XLIV. On the Nobility of the Human Mind
 Chapter XLV. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter XLVI. On the Grandeur of the Human Mind
 Chapter XLVII. On the Sublimity of the Human Mind
 Chapter XLVIII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter XLIX. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter L. On the Majesty of the Human Mind

Chapter LI. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LIII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LIV. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LV. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LVI. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LVII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LVIII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LIX. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LX. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXI. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXIII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXIV. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXV. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXVI. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXVII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXVIII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXIX. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXX. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXI. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXIII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXIV. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXV. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXVI. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXVII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXVIII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXIX. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXX. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXI. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXIII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXIV. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXV. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXVI. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXVII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXVIII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXIX. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXX. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXXI. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXXII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXXIII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXXIV. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXXV. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXXVI. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXXVII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXXVIII. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXXIX. On the Majesty of the Human Mind
 Chapter LXXXXX. On the Majesty of the Human Mind

TENTAMEN PHYSICUM

INAUGURALE,

QUÆDAM

DE

LUCIS ATQUE CALORIS,

PER COMBUSTIONEM VIGENTIUM, ORIGINE,

COMPLECTENS.

DE caloris et lucis, quæ flagrante materiâ quâlibet evolvuntur origine, quædam breviter exponere fert animus. Non abs re forsan erit doctrinam phlogisticam priùs leviter perstrinxisse; hæc enim aliarum bene multarum quasi mater fuit, et a plurimis ingenioque acutissimis viris etiam ex parte fal-

tem nunc defenditur, qui licet rem ipsam jamdudum deseruerint, nomen omninò tuentur.

Cùm BECHER observasset corpora quædam, si inter se colliderentur, aut jam candescentibus corporibus admoverentur, ignem etiam esse conceptura primus omnium hoc a *principio quodam quod terram inflammabilem* nomine nuncupabat, pendere arbitratus est.

Hanc doctrinam commentariis suis ampliavit adornavitque STAHL. Docebat ignem purum, ab igne libero planè diversum, corporibus esse affixum, et eorundem partem efficere; hunc, *phlogiston* seu *principium inflammabile* dixit, ex eodemque a vinculis jam libero factò lucem et calorem oriunda planè affirmabat, in comburendis quibuslibet quantumvis a se invicem diversis, idem profùs esse, facile locum mutare ex uno corpore ad aliud transmeans, amissum corpora citò recuperare;

cuperare; virtutum ferè omnium in corporibus causam vel principium esse.

Malè tamen sibi consonat hæc doctrina; plurima sunt enim corpora quæ *phlogiston* habere censentur istis verò virtutibus carent, et vice versâ *phlogiston* deest in non nullis quæ dotibus istis abundant: imò etiam amisso *principio inflammabili* corpora dotes sæpius acquirunt, quæ huic tribuebantur: denique licet non nihil ponderis habere dicatur; combusta verò, eo scilicet spoliata, ponderosiora fieri animadvertit BOYLE.

Non meliori Minervâ rem investigavit *Baumé* qui calórico, *principii inflammabilis* locum occupanti pondus tribuendum autumavit: nam nostrorum experientia caloricum nullo ferè modo ponderosum probat.

Verum

Verùm enimverò STAHL ejusque focios penitus latebat quantus sit ad uſionem efficiendam aëris uſus. Non perſpectâ igitur, ut decebat combustionis naturâ, nihil proſectò mirandum, ſi tam abſurda effutirentur, quæ etiam detecto errore, tanta eſt majorum reverentia, non nullos habuere patronos. Utinam omnes KIRWAN exemplum ſequerentur !

Postquam verò aërem atmosphericum *gaſibus azotico et oxygenico* confici compertum fuit, LAVOISIER ſic nodum ſolvere conatus eſt : calorem et lucem *oxygenico gaſi* tribuenda eſſe planè affirmans, quod videlicet ſuo defraudatur calorico, dum comburentem ſubſtantiam tranſmeat et pervadit ejuſdem quaſi confors faciendum. Hinc obvia fanè et facilis aucti calcium ponderis ratio.

Aërem e plumbi *oxydo* rubro HALES quondam elicuerat ; et ſæculo proximè elapſo RAY
aërem

aërem reverà abforberi animadverterat, neuter verò ultrà progressus est : id demùm ævum nostrum æternando servabatur, ut istius aëris abforpti effectus, et opiniones quæ indè erui possunt, in lucem ederentur.

Priusquam ulteriora loquimur pauca sunt de *calorico* præfanda, de naturâ ejus multum disputaverunt philosophi ; nempe an sit motus quidam particularum corporum vibrans, an substantia specialis, et adhuc sub judice lis est. Plerisque forsan magis arridebit posterior sententia, etenim patefactiones quæ hisce viginti annis proximè elapsis locum habuere, clarè ostendunt ignem esse corporeum et *principium chemicum* ab omnibus aliis planè diversum. Interea verò quæcunquæ sit ejus natura hæc sunt in professo ; naturam suam nunquam exuit ; non extinguitur, non disperditur. Hinc illud LAVOISIER et DE LA PLACE axioma.

“ Si dans une combinaison, ou dans un changement d'état quelconque, il y a une diminution de chaleur libre, cette chaleur reparoitra toute entière lorsque les substances reviendront à leur premier état ; et réciproquement, si dans la combinaison ou le changement d'état, il y a une augmentation de chaleur libre, cette nouvelle chaleur disparoitra dans le retour des substances à leur état primitif.”

Idem at magis generatim sic reddiderunt :
“ Toutes les variations de chaleur, soit réelles, soit apparentes, qu' éprouve un système de corps, en changeant d'état, se reproduisent dans un ordre inverse, lorsque le système revient à son premier état.”

Omnia igitur permeat ; sese æquè diffundit :
omnium molem auget, illius ope quæ solida
erant,

erant, liquida fiunt et liquida aëris formam induunt.

Materia caloris vel ita est corporibus commista, ut eorumdem pars evadat, et *calor latens* feu *caloricum* dicitur; vel ab iis, quâcunque de causâ, evolvitur, et tunc *calor sensibilis* habetur, quippe qui fit temperiei causa: sed cum animo concipere possimus temporis punctum, quo ab uno corpore ad alterum radians transit, tum jure et meritò liber dicitur: nam etiam si in solidis fluidisque corporibus quodammodò liber fit, lentè tamen movet et difficilè commigrat. Hinc quidam *calorem radiantem* feu *radiis* micantem habuere. Experimenta illustrissimi SAUSSURE, et præclari PICTET, hoc stabilire videntur.

Cùm verò *thermometer* ad altiorem gradum affurgit, ejus bulbo priùs pigmento nigro obducto, qualem effectum a lucis impressione
oriri

oriri probat LESLII *photometer*, itaque nonnulli radiantem calorem omninò denegant.

Cùm calor fit caloricum, solido videlicet in fluidum, aut fluido in aërem converso, frigidiora evadunt circumjacentia quæque corpora; unquè patet calorem ex iis absorberi rebus, quæ suam formam mutant. Vim maximam caloris five latentis, five sensilis capere possunt omnia corpora, quorum particulæ aucto calore a se invicem sejunguntur; ipsa paulatim molescunt, liquifiunt, et tandem in *gas* evolvant.

Calorico igitur *gases* valdè pollent; cujusquidem *gas oxygenicus* omnium præter *gasem hydrogenicum* maximè potitur. Hinc sanè caloris quod inter urendum evolvitur, plana admodum et obvia ratio. Cumbustio enim nequit accidere in vacuo, aut etiam in *gasibus* quæ nihil *oxygenii* habent, omninò enim pendet

det ab *oxygenico* quod dum lux et calor evolvuntur, conflagrans corpus permeat, et cum eo intimè permiscetur; postquam verò res est *oxygenii* plenissima conflagrare definit et insimul augetur ejus pondus tantò quantò aër ponderis amiserat.

Experimentis de hâc re institutis, CRAWFORD ostendit, *gasem oxygenicum* comburendâ materiâ caloricæ longè esse capaciorem; aut ut aliis utar verbis, *gas oxygenicum*, si ejusdem sit temperiei, pro ratâ parte, plus caloris habere: non nulla enim comburenda, vix ullum caloricum, nec rarò pauxillulum quidem caloris, virtute nimirum æquilibrii, complectuntur. Denique licet res, quæ ex oxygenio et combustâ materiâ conflatur, totum non capiat caloricum quod iis inerat rebus, plus tamen quàm res urenda capit.

Oxygenio igitur materiam quamlibet ita applicato ut ejusdem pars evadat, caloricum evolvitur: quod a solo *gase oxygenico* ortum suum habet, nec totum est sensibus detegendum, nam pars in intimam rem absorbetur.

Neque omninò rationi absona videtur hæc phænomenorum ratio: calculis enim ab illustrissimo CRAWFORD subductis patet, caloricum, quod a *gase oxygenico* evolvitur, dum fit *gas acidum carbonicum*, nisi a circumjacentibus corporibus corripereetur, temperiem acidi, quadruplo candescentis ferri temperie intensiorem esse procreaturum.

Solùm igitur huic doctrinæ adversatur *gas hydrogenicum*, quippè quod fit ipso *oxygenico* caloricæ capaciorem: pars ergo caloris, qui combusto *hydrogenico* evolvitur, æque ab illo ac ab ipso *oxygenico gase* ortum suum habet. Hinc oriunda est vis illa caloris immanis, quâ
dum

dum efficitur aqua, percutiuntur corpora. Hinc forsan quoque, multi sibi persuasum habere *hydrogenium* esse *inflammabile principium* quod omnibus, quæ ignem concipere possunt, corporibus inesse, arbitrantur.

His peractis, superest ut pauca, de lucis origine, dicamus.

Utrum, lux et calor, ejusdem prorsus an diversæ sint naturæ, prius est inquirendum. Si enim eadem omninò essent, lux quoque ab oxygenio foret oriunda.

Magnus profectò, calorem inter et lucem, est consensus, maximaque affinitas. Ambo plerumque simul extricantur. Caloricum valdè expeditum, in lucem seu flammam abit. Radii solis temperiem corporum adaugent, sensumque caloris excitant: Indè apud multos invaluit opinio, lucem et calorem, rem eandem

eandem omninò esse : pedetentim et tardè dimanans calor est ; densior verò, celerique impetu projecta, lux evadit.

Hanc strenuè defendit opinionem HIGGINS, quàm eò lubentiùs amplexus est, quod nonnullis experimentis confirmata videtur. *Phosphori* frustulis in *acidum nitricum* projectis, *gas nitrosus* statim avolabat, haud parvo liquoris tumultu, magno comitante calore : quamdiu liquore immerfa manebant, lucem dabant nullam, si verò procellâ ad summum proveherentur, splendidissimâ fulgebant luce.

Carbo etiam si in *nitrum* igne liquefactum injiciatur, per aliquot temporis momenta, immerfus hærebit, nullumque dabit fulgorem ; obstat enim crassus, inerfque liquor, ne properè celeriterque caloricum evolvatur ; ita quoque res se habet in *acido nitrico*.

Verum

Verùm enimverò LASSONE et CORNETTE observaverunt, *phosphorum* aquâ frigidissimâ immerfum, flammam edere. Comes RAZOUMOWSKY etiam animadvertit *filicum*, *quartz* dictum, si collidatur in aquâ lucem emittere. Idem HAWKSBEË de vitro in vitrum acto, expertus est. Denique nonnulla fossilia, iudice WEDGEWOOD, in ferventibus oleis aut etiam in acidis fulgescunt.

Non semper verò, sese mutuò comitantur lux et calor. Sæpissimè quæ hic illius formam assumere profùs abnuit. DE LA HIRE cùm lunæ radios, trecenties sexies solitò densiores factos, ad optimum *thermometrum* direxisset, nullum temperiei incrementum perspexit; pariter phosphorescentia pleraque sunt lucidissima, nullum verò præbent calorem: Denique calor reflexus, quàm maximè concentratus, nequaquam ad lucis formam adduci potest.

Sole quidem calefiunt corpora : minimè verò eâ ratione quâ califacienda forent si calor solummodo a sole penderet : quò altius enim terram perfodis eò major est, ibique per totum anni decursum, constantior calor ; sicut in cellâ Parisiorum observatorii.

Nec minus DE LUC nostræ sententiæ arripet : “ Les rayons du soleil ne sont pas la cause immédiate de la chaleur de l’atmosphère ; si cela était il ne ferait pas possible qu’il y eut de la différence, entre les températures des couches supérieures et inférieures, ni qu’elles conservassent la moindre chaleur en l’absence du soleil.

“ Les rayons du soleil n’échauffent pas une boule thermométrique isolée.

“ La chaleur, on en convient aujourd’hui presque généralement, est produite par un fluide ;

fluide ; les rayons du soleil produisent de la chaleur ; mais ils ne font pas ce fluide, ni un fluide calorifique particulier ; car dès qu'ils produisent de la chaleur, ils n'exercent plus leur propriétés distinctives."

Sicque computatione hanc opinionem confirmat DE MAIRAN.

" La chaleur d'été est à celle d'hiver = 16 : 1 ; mais la chaleur réelle et observée à la surface de la terre l'été, est à celle de l'hiver = 32 : 31. Donc à la surface de la terre, et pendant le cours d'une année, la chaleur réelle est en partie indépendante de la chaleur solaire."

MARTIN, et alii bene multi, terris suam ineffe calorem planè affirmant.

Sed

Sed indole etiam suâ quam maxime diversâ, inter se quoque distinguuntur lux et caloricum. Lux phosphorescentium corporum fulgorem auget, qui a calorico fermè deletur. Caloricum omnia expandit, liquefacit, in vaporem abigit; omnia permeat tardiusque migrat. Lux verò summâ velocitate propellitur et perpauca tantum corpora tranfmeat.

Nec vis chemica minùs diffimilis: a luce omnes ferè olerum dotes, color videlicet, odor, sapor ortum habent. Lux gasem oxygenicum pluribus compositis extricat. Modò quidem RUMFORD vim illam in dubium revocavit, experimentis non tamen argutâ fedulitate insignibus. Corpora nigra lucem non æquè ac calorem repercutiunt. Luce tandem, crassior nec tantâ sub motu velocitate, præditus est calor. Cum utriusque dotes et effectus inter se diversissima sint, nulla omnino est ratio,

ratio, cur ejusdem naturæ habeantur lux et calor.

Ambo varias ejusdem rei formas dicitur; sed cum causæ ex effectibus suis tantum noscantur, cur formâ solummodo inter se differere dicantur, quæ tam dissimiles effectus habent? quin imo mutatâ formâ, ipsa etiam indoles tantopere mutatur, ut res illæ, diversæ omnino naturæ jure et meritò habeantur: quæ cum ita sint; quæritur, undenam dimanat lux inter urendum evoluta?

Perpulchra LAVOISIER doctrina, flammæ per combustionem candidè lambentis haud rationem reddit. Docebat vir illustrissimus *oxygenium* lucis maximè esse appetens, quod sibi inditis luce et calorico *gas* evadit; minimè verò probatum est lucem *gas* *oxygenici* esse partem; nam licet aliquando *oxygenium* e quibusdam corporibus lux eliciat; non certè

patet, utrum *oxygenium*, an ipsa corpora lux aggreditur: quocunque enim modo, æqua profectò erit rei ratio; imo etiam suam de hâc re sententiam pro conjecturâ tantum, ipse LAVOISIER posuit, idoneis experimentis et argumentis aut refellendâ aut confirmandâ.

Idcirco *phlogisticam* doctrinæ *pneumaticæ* MACQUER associavit, lucis materiem pro *phlogistico* usurpans. Sic igitur, eo iudice, in combustione quâlibet, lucem *oxygenium* expellit, ejusque locum occupat: inde *calcinatio* haberi potest aëris præcipitatio et lucis evolutio; vice versâ *calcium reductio* est *oxygenii* evolutio. Non parum huic doctrinæ officit, quod calces radiis etiam in focum collectis reduci nequeunt, imo etiam hâc omninò ratione metalla calcis formam induunt.

Doctrinam huic non abfimilem HUTTON in medium protulit, qui lucis materiem in corporibus

poribus delitescens agnoscebat, quæ ex iis deprompta, lucis et caloris causa fieret. Lux sola evoluitur, quæ in corpora irruens, calorem procreat, qui tunc in ignem abit. Lucem in rubram, sensum caloris imprimis excitantem, tametsi nonnunquam invisibilis fit, et candidam, quæ visui præsertim inservit, dividit. Pauxillulum caloris, absorpto *oxygenio*, oriri arbitrabatur; subtiliterque de re disputans, calorem non lucis, sed lucem caloris causam esse affirmabat; ita corpora non ardere, calore ex aëre derivato, ut LAVOISIER existimaverat.

Quantumvis ingeniosa ratiocinatio, huic tamen cautè fidendum; divisio enim lucis parum satisfacit, neque accuratè peracta; et experimentum quo nititur, theoriâ LAVOISIER dejiciendâ, aliam expositionem admittit.

Eadem ferè DE LUC de calore sententia, quem luce et basi, quâdam adhuc incognitâ conflatum

conflatum credebat: ideo in altioribus plagis calor fere nullus, deficiente videlicet basi ex quâ conficeretur; experimentis enim comprobavit DE SAUSSURE ibi majorem, quam in infimis regionibus, esse solis radiorum vim.

Ex alterâ parte nonnulli lucem minimè simplicem esse omninò affirmant. RICHTER basem lucis a corporibus evolvi docet, quæ alteri calorigi parti associata fit lux, seu flammam gignit.

MAYER forsan primus omnium contendebat lucem in *inflammabilibus* corporibus inesse, quæ iisdem penitè deletis sub Dio micaret: post illum, multi idem censerunt, quod et experientia ipsa comprobatur.

Corpora penè omnia, si luci objiciantur, radios avidè hauriunt, eosque in tenebris spontè plerumque amittunt; sicut CELLINI, CASCA-

RIOLO,

RIOLO, BECCARIA, BOYLE testantur. Alia verò, nisi calore admoto, lucem non amittunt : ita CANTON lucem, postquam defierat, caloris ope elicuit. WEDGEWOOD, innumera corpora, calorem iisdem admovendo vel fricando, luce suâ defraudavit.

Nec certè dubia est lucis vis chemica ; lucem in olerum et frugum partem venire autumabat HUTTON ; et reverà, regionum sole candicante refulgentium vegetabilia, ustioni aptiora sunt : Tandem experimenta a VAN DEIMAN, PACTS, et familiaribus eorum instituta, propositum confirmant. Sulphur cum zinco, vel stanno aut cupro mistum, ita calori haud exiguo objecerunt, ut nullus *oxygenio* aditus pateret ; brevi autem mista fulgere inceperunt : cum verò nullus esset *oxygenio* locus, lux certè ab aliquo ex illis *inflammabilibus* corporibus oriunda est : ex diversâ radiorum refrangibilitate,

frangibilitate, variorum colorum rationem dat MORGAN, conjuncti flammam albidam referunt.

Patet igitur, lucem corporibus ferè omnibus esse inditam, quæ haud fecùs ac calor, vel latens vel fenfibilis est; si solvatur corpus aut ejus affinitas cum luce imminuatur, lux fit libera seu fenfibilis.

Arbitramur igitur calorem ab aère seu *gase oxygenico* ortum suum habere; lucem verò ab *inflammabili* corpore, fortasse etiam nonnihil ab ipso aère pendere. Res tamen est experimentis investiganda antequam de phænomenis confidentiùs loquamur.

F I N I S.

THE HISTORY OF THE
LANCASHIRE
BY
J. W. L. ...

DISPUTATIO MEDICA

INACURABILIS

MELANCHOLIA